



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Titvlvs XLIV. De custodia Eucharistiæ, Chrismatis, & aliorum  
Sacramentorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

\*\*\*

## TITVLVS XLIV.

### De custodia Eucharistiae, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

#### C A P U T I

##### Innocentius III. In Concilio (a) generali.

**S**Tatuimus, ut in cunctis Ecclesiis Chrisma & Eucharistia sub fideli (b) custodia, clavis adhibitis conserventur, ne possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel (c) nefaria exercenda. Si vero is, ad quem spectat custodia, ea incaute reliquerit, tribus (d) mensibus ab officio suspendatur: & si per ejus incuriam aliquid nefandum inde contigerit, graviori subjaceat ultiō.

#### N O T A E.

1. (a) **G**enerali.] Lateranensis videlicet, can. 20. ubi reperitur textus hic, & in cap. 2. de baptismō, in 4. collect. de quo Concilio egi in cap. 1. de summa Trinitate. & hujus canonis meminit Concilium Frisingense, celebratum anno 1440. can. 18. Item pricipiendo mandamus, ut secundum constitutionem Lateranensis Concilii Eucharistia, & oleum sanctum sub fideli custodia, & reverentia debita, clavis adhibitis conserventur, ne possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, & nefaria exercenda.
- (b) **F**ideli custodia.] Sub sigillo, dicitur in cap. sane, de celebraz. Missar. Consonat D. Franciscus epist. 13. ibi: Ut corpus Christi in loco pretiosissimum ponatur, & consignetur. Cujus obligationis ritum illustrat Cironius in notis ad textum in d. cap. sane.
- (c) **H**orribilia, vel nefaria.] Fideles olim Christi utebantur pro medela in suis infirmatibus: quem morem à Sanctis Patribus didicereunt; nam aliqui sancti viri, qui dono curatiōnum divinā gratiā prædicti erant, ne sibi sanitatum solatia tribuerentur, sed divinę virtutē, ac beneficio, infirmos oleo per sacerdotem benedicte inungebant. Sic fecisse S. Hilarionem mentionem in ejus vita S. Hieronymus. Ideem de Simeone Styliita refert Theodoreetus, & de Aphraate Anachoreta. Etiam ejusmodi oleo Procolum Christianum curasse Severum Imperatorem, testis est Tertulianus ad Scapulam, nec non Severus Sulpitius lib. 1. de vita S. Martini, & dialog. 2. cap. 2. insignia miracula referat ab ipso B. Martino facta olei benedicti perfusione super infirmos. Sic sanctam Genovēfam ergo rotos sanasse, energumenosque liberasse ab infestatione demonum, in ejus actis legimus: suaque auctoritate testatur Palladius fuisse complices Sanctos Abbatibus, qui morbos oleo benedicto depellebant. Quare fideles pro medicina cooperant ut christi: quem usum improbarunt Patres Concilii
- Arelat. 6. can. 18. ibi: Presbiteri sub sigillo custodiā chrisma, & nulli sub praetextu medicina, vel cuiuslibet rei donare presumant. Mogunt. can. 27. ibi: Presbiteri sub sigillo custodiā chrisma, & nulli sub praetextu medicina, aut maleficū donare inde presumant. Pontific. Rom. sub tit. de offic. quinta feria in Cena Domini, ibi: Iubet Episcopos presbyteris attente, ut iuxta canonom tradicionem chrisma, & olea ab ipso Episcopo in ea die consecrata fideliter custodiant, & nulli sub praetextu medicina, vel maleficū tradere presumant, alias honore priventur. Rationem reddit D. Cyprianus in serm. de unione christialis, ibi: Non haec mendacis corporibus estunctionis, sed virtus divina potentia operatur. Oleum vero non ab Episcopo, sed a presbytero benedictum, posse in usum medicinalem laicos concedi, censuit Ecclesia, juxta Innocentium I. epist. 1. Decret. cap. 18. ibi: Oleo sancto posse nisi non solum sacerdotes, sed etiam laicos in suis, vel suorum necessitatibus. Cui sententia subscripterunt PP. Synodi de Vormat. can. 72, ibi: Sanè quoniam de hoc, sicuti decateris, consulere voluit dilectio tua, adiecit filius meus Callestinus Diaconus in epistola sua, sic esse à tua dilectione positum illud, quod in B. Apostoli Jacobi epistola est conscriptum: Informatur quis in vobis, inducat presbyteros, & orene per eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & confortabit illum Dominum: & si in peccatis fuerit, dimittentur tibi. Quod non est dubium, de fidelibus agrotibus accipi, vel intelligi debere, qui sancto oleo christi perungit possum, quod ab Episcopo confitum non solum sacerdotibus, sed omnibus, ut Christianis licet in sua, aut suorum necessitate ad angendura. Illustrant Beda in cap. 6. Marti, Schactus fuse in tract. de re unguentaria. Alii etiam ad alios longè deteriores usus, & maleficia facio ipso christi oleo abutebantur, veluti ad fungendum purgationis judicium. Synodus Mogunt. can. 27. ibi: Nam criminosis eodem christi oleo natos, ant poratos, nequamquam ullo examinante depre-

deprehendi posse à multis punabatur. Poenit. Roman. tit. 6. cap. 6. Burchardus lib. 19. Decreti. cap. 287. ibi : *Bibisti Chrisma ad subvertendum Dei iudicium. Concil. Tribur. can. 4. apud Carnot. p. 11. Decreti. cap. 51. Synodus Turon. can. 20. & lib. 3. Capital. Caroli. cap. 55. ibi : Si presbyter chrisma dederit, ab Episcopo degradetur. & postmodum à indice manum perdat, si proper judicium subvertendum hoc fecerit. Notarum Novarum lib. 5. schedias. cap. 29. Lindembrog. in gloss. legum antiqu. verbo *Chrisma*. Etiam temeratio ausu ab impis hominibus aliquando Eucharistiam subreptam fuisse tradit S. Chryostomus epist. ab Innocent. I. quam allegat Nicophorus Calixtus lib. 13. hist. cap. 19. & refutat in cap. significasti, et 2. de homicidio. & ad maleficia, & amatoria ut in cap. 3. de penit. & remiss. in 2. collect. ibi : De muliere, quae u. nobis significasti, cupiens viro sui ampliorem amorem sibi acquirere, suscepito corpore Christi, & in ore retento, cum viro osculum porrexit, & ipsius traxeret cum voluit, non posse; sed postea verbum est in carnem, cunctangere iuxta dentes molares, & caro succrevit, & adhuc est in ore. Fraternitas tua non possumus sanus dare consilium, nisi quod eam inducas, & compellas, ut tanta per condignam penitentiam, & bona opera satragas expiare delicta. Nempe credimus, quod si vere contrita fuerit, & penitentiam egerit condignam, & tu pro ipsa ad eum oraveris, corpus Domini traxeret poteris, divinâ gratia suffragante. Fiorinda tunc quæ in hac parte referunt M. Delilius lib. 3. disquisit. mag. part. 1. queſt. 3. ſect. 1. Bouguerius lib. de fortiori, cap. 60. Petrus Mamorius in flagello maleſic. cap. 2. in fine, Barthol. Spina apologetic. 3. de Lamiis, cap. 1. Theophil. Raynaud. tom. 6. tr. de Eucharist. cap. 6. num. 23. Unde ita diligenter PP. Concilii Lateran. in praesenti cavent, ut fideler sub clavi custodiatur, ne possit temeraria manus extendi ad Eucharistiam, vel Chrismam. Ea autem verba, quæ sequuntur in praesenti rubrica, & aliorum sacramentorum, accipienda sunt impropiæ, & in lata acceptance pro oleo Extrema Unctionis, & rebus, quæ sacramentorum usibus deputata sunt, de quibus in cap. 2. Chrisma enim, oleum, & similia, sacramenta non sunt, cum non persistant, nec dentur in permanendo; sed tantum sacramentalia.*

(c) *Tribus mensibus.* In Poenit. Romano, tit. 5. cap. 11. de illis, qui non bene custodiunt corpus & ianguinem Domini, ita cavetur : *Quin non bene custoderint sacrificium, & misericordiam, vel aliquid aliud immundum animal comedenter illud, 40. dies paenitentiant. Qui autem perdididerit illud in Ecclesia, aut pars eius occiderit, & non invenia fuerit, 30. dies paenitent. Perfundens aliquid super altare de calice, quando offert, sex dies paenitent, aut si abundantius, septem dies paenitent. Refutat in cap. qui non bene, de confeſſione. dicit. 2. Faciunt textus in cap. si quis per ebrietatem, cap. si quis per negligentiam, eadem dicit. 2.*

## COMMENTARIUM.

4. **E**x hoc canone Concilii Later. sequens communiter deducitur assertio : *Eucharistia, & Chrisma debent fideler sub clavi custodiari, & contra facientes graviter sunt puniendi.* Probat textus in cap. tribus, de confeſſione. 2. cap. officium, de officiis. Archipresb. Concil. Turon. 2. can. 3. ibi :

*Corpus Domini in altari, non imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur. Et can. 4. ibi : Ut omnis presbyter habeat psalmum, aut vas tanto Sacramento dignum, ubi corpus Dominicum diligenter recondatur ad viaticum recedentibus à seculo, quæ sacra oblatio tantum intincta debet esse in sanguine Christi, ut veracius presbyter possit dicere in firmo : Corpus, & sanguis Domini proficiat tibi, &c. semperque sit super altare observata, propter mures, & nefarios homines : Et de septimo, in septimum diem semper mutetur, id est, illa à presbitero sumatur, & alia, quæ eodem die consecrata est, in locum ejus subrotetur, ne forte diutius reservata, munda (quod abhī) fiat. Vvormati. can. 5. ibi : Ut presbyter semper Eucharistiam habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communiceat, ne sine communione moriatur. Bituric. cap. 2. ibi : Quia corpus Domini per Ecclesiæ parochianas dicebatur nimis vetustate neglectum, statuerunt Episcopi in eodem Concilio, ut corpus Domini non plus servetur, quam à Dominica in alteram. Turon. 1. can. 20. Presbyter injungendum est, ne sacrum chrisma foras conclave dimittant, ut à quolibet attungi possit. Metanœ can. 3. Communi decreto statutum est, & hoc interdictum à sancta Synodo summum laudatum est, ut cuncti presbiteri libros, & sacerdotalia vestimenta suo Episcopo in proxima Synodo ostendant, & ut chrisma suum sub sigillo, & scrissemper custodian. Oxoniense can. 16. Provideant Archidiaconi, quod diligenter juxta formam Concilii generalis, Eucharistia, Chrisma, & Oleum sanctum salvafub clavis sub recondatur. Coloniense 3. p. 7. cap. 16. Augustinense can. 18. ibi : *Hostia vitalis pro infirmorum viatico in loco mundo, ac honorato, accesso ad eum perpetuo lumine servetur.* Trident. ſess. 13. ibi : *Conſuetudo affervanai in sacrario sanctam Eucharistiam adeo antiqua est, ut eam faculum etiam Nicani Concilii agnoverit. Heraldus Episcopus Turon. in suis Capitul. can. 56. Ut presbiteri Chrisma, Oleum, & Eucharistiam semper habeant, ut parati inveniantur.* Concil. Ravennat. 2. tempore Clementis V. rubric. 7. Statutus quod Eucharistia, viaticum, sive Corpus Christi, Chrisma, Oleum sanctum, & Oleum infirmorum sic devote, unit, & secrete custodiatur, & reponantur in locis, aut sacrariis ad hoc deputatis, & aptis, quod ad ea non possit manus nefaria accedere, seu sacrilega, & maximè mulierum. Saleburg. tempore eius Martini V. cap. 28. Statutus, ut in cunctis Ecclesiæ Baptismus, Chrisma, Oleum, & Eucharistia sub fideli custodia, clavis adhibitis, afferventur, ne possint ad illa manus temeraria extendi. Illustrant ultra conceſſos Barbosa, & Grana in presenti, Crespius in summa, verbo Eucharistia affervatio. Cironius in parat. ad hunc titulum, & in nouis ad textum de celebraz. Missar. Barbosa de potestate Episcop. alleg. 22. Baronius anno 57. Majolus dier. concil. fol. 265. Landmeter. lib. 2. de veterimon. cap. 75. Buleng. aduersus Cafamb. diariis. 3. cap. 38. Henao de Eucharist. dicitur. 16. Bellarm. tom. 1. contra lib. 2. de Eccles. cap. 3. Sausay in Panopl. Sacerd. p. 1. lib. 9. cap. 4. Fagundez in lib. 1. in 3. Decal. præcept. cap. 1. Novarinus lib. 5. de Agno, cap. 130. Anton. August. in epit. iur. Pontif. lib. 23. tit. 5. & lib. 24. tit. 6. Greshmerus lib. 2. de cruce. cap. 33. Turrianus pro epist. Pontif. lib. 4. cap. 19. Rosveldius in notis ad epist. 12. D. Paulini, pag. 147. Corjolanus in not. ad can. 3. Concilii Turon. 2.*

Joan.

In Librum III. Decretalium,

923  
 Joan. Dantis *in tract. de Eucharist.* cap. 18. per tot.  
 Vicecomes lib. 1. *de Missa ritibus*, cap. 24. Con-  
 radus Kling. lib. 4. *disq. cap. 20.*

4.  
 Traditur  
 ratio dubi-  
 tandi.

Verum pro dubitandi ratione in praesentem assertionem ita infurgo, & intendam probare, ritum servandi Eucharistiam in praesenti titulo commendatum, alienum esse a facto Domini nostri, & a disciplina Ecclesiastica. Quoad factum Domini nostri ita profert Origenes, seu Cyrilus in cap. 7. *Levit. homil. 5.* Dominus panem, quem discipulis dabit, non distulit, nec defere*re iusti* in crastinum. Ergo si Dominus instituit tantum Eucharistiam, ut sumeretur statim, non verò assertaretur, non rectè ab Ecclesia Patribus jubetur custodiri. Quoad disciplinam Ecclesiasticam antiquam constat, jam ab Ecclesia eunabulis Eucharistiam non assertari, sed peracto Missæ sacrificio consumi. Unde D. Clemens in epist. 2. jubet, ut tot ponantur in altari holocausta, quod populo sufficere posse videantur: si quid autem superfit post communionem, non servetur in crastinum. Immò Isichius lib. 2. in *Levit. cap. 8.* refert morem Ecclesiae fuisse comburendi id, quod superfit ex sacramento Eucharistie. Circa quem auctorem illud notavit Claudio Espenceus lib. 2. de adorat. *Eucharist. cap. 10.* quod five erit Isichius, five Esychius, Presbyter Hierosolymitanus, & monachus, Gregorii Nazianzeni discipulus; five Esychius Augustino contemporaneus, & Salonianus Episcopus; five Isytius Gregorii Magni synchronos, Episcopus Hierosolym. & scriptor Latinus, ignorare non potuit vel ille, quid de hujusmodi reliquiarum, tum asservatione, tum etiam cultu suis Preceptor senserit, neque quid antecessores obseruaverint, eti postea in Ecclesia Hierosolym. id usitatum non fuisse referat Hubertus Cardinalis in lib. contra Gracorum calumnias, quem refert P. Henao tom. 3. *disputat. 29. sct. 26.* In Ecclesia etiam Constantinop. cum plusculum de particulis Eucharistie reliquum est, sacerdotes, pueros, Innocentes, ex eis, qui ad scholas, & ludum litterarium ibant, accesebant, eisque jejunis reliquias, quæ superfluerant, dabant absumentas. Quem quidem ritum confirmat vetus miraculum, quod referunt Niceph. Calixtus lib. 4. cap. 86. Evagrius lib. 4. *Eccles. hist. cap. 36.* his verbis: Cum puer admodum esset, & maximè à prima etate in sacris aliibus versari studio haberet, contigit tale quiddam sub Menna quoque Patriarcha. Cum pueris ad id delellis puer quoque viri religione Iudei, viro confiendo vitam tolerantis, aggregatus est. Puer is ibi diutius ultra solitam horam moratus, dominum venit, & causam tardioris redditus, parentibus diligenter iam inquirentibus, quod scilicet cum altius pueris in ade sacra divinas partes edisset, renunciavit: paterne novam auditam, furore percitus, formecem, ubi viirum conformabat, succendit, & puerum areptum in eam, preacta flamma suffocata, candeantem conject. Porro mater ubi puerum diutius non comparentem quasvisset, & non invenisset, urbem omnem circuivit, per quam acerbè plorans, aque lugens: & die tertio ad officinam maritum consistens, ingenti planctu seipsum lanians, prolixius que ingemiscens, filium vocavit, atque dilectionem voce agnita, responsum è furvo dedit: tunc mater hostio furnifracto, cum miraculo maximo in medius prunus puerum stantem vidit, ita prorsus in columnen, ut nec capillum quidem flamma leferat:

*E*n ubi causam incolumentatis quesivit, mulierum quandam illustrem, purpurea amictam stoli flammatum ci appropinquantem extinxisse, cibum etiam cum esurisset, præbuisse, dixit. Hoc postquam Justinianus cognovit, puerum in matre diuino regenerationis lavacro adhibuit, Deoque ducavit. Parvum, qui Christianorum sacra suscipere non sustinuit, veluti parvicidam, in furum artem, proinde atque in crucem egit. Hoc etiam miraculum referunt Greg. Turon. de gloria Martyrum lib. 1. cap. 10. Siegerbertus Gamblacensis ad annum Domini 552. Odo Cancel. Parisien. serm. in Dominic. 25. post Trinit. nisi refrarimus eam consumptionem ad reliquias Eucharistie jam servatas, de quibus in Concilio Matton. 2. can. 6. ita cavetur: *Quacunque reliqua sacerdotiorum post peractam Missam in sacrario supercederint, quartā, vel sextā feria invenientes ab illo, cuius interest, ad Ecclesiam adducant, & indicio eis jejunio, eisdem reliquias conservari vi- no suscipiant.* Referunt Espenceus lib. 2. de *Eucharist. cap. 10.* Raynaud. de Agnozere, cap. 14. dubit. 1. p. Henao tom. 3. de sacrific. Missæ, disq. 29. sct. 26. Tandem augeretur haec dubitandi ratio ex canonice 3. Concilii Cæsarang. ibi: *Eucha-ristia gratiam si quis probatur acceptam in Ecclesia non sumpsisse, anathema sit in perpetuum, Concilium Tolet. I. can. 14. ibi: Si quis autem accep-tam à sacerdoti Eucharistiam non sumpsisti, velut sacrilegus propellatur.* Ergo quia non licet Eucharistiam servare, sed statim dum conferatur, consumi debet.

Quà dubitandi ratione minimè obstante, vera est præfens assertio, pro cuius expositione Divisio sciendum est, Calixtinus, Petrum Martorem, & rupi Illyricum, censuisse tunc solum panem & vi-zumnum esse sacramentum, dum comeditur; & biberbitur; sicut aqua baptismi tunc solum continet sacramentum, dum corpus abluit. Unde negant, servandam esse Eucharistiam, quasi hoc sacramentum non sit respernens: quos docebat refellit Bellarminus lib. 4. de *Eucharist. cap. 1.* præcipue ex veteri usu servandi Eucharistiam, quem ut probemus, supponimus à primis Ecclesia saeculis moris fuisse Eucharistiam in sacraario servare, ut facile deducitur ex D. Clemente lib. 8. *confut. cap. 13.* in alia editione cap. 20. ubi jubet, peracta communione, quod superfluit de corpore Domini, reponit Diaconis cum debita reverentia in pastophorium. Quid autem sit pastophorium, explicat D. Hieronymus in comment. super *Isaiah*, cap. 22. ubi ait, pastophorium significare tabernaculum, seu thalamum, ubi templi Præpositus habitat: & idem Sanctus in epist. ad *Rusticum*, laudat sanctum Exuperium Tholofæ Episcopum, eo quod ob inopiam voluntariam cogenerat Christi corpus in canistro servare. Et in Concilio Turon. celebrato anno Domini 570. ut vult Binius in eius notis, seu 567. ut probat Sirmundus cap. 3. cavitur, ut corpus Domini in altari non imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur. Pro cuius canonis intellectu prænotandum est, Eucharistiam olim plerunque in altari recondi in columbis aureis, vel argenteis super altari appensis: cuius ritus vetustissimum monumentum extat in vita S. Basili ab Amphilio Iconi scripta, ubi refertur, Sanctum Mil- fiam celebrasse, & panem in ea consecratum in tes

tres partes divisiss; quarum unam cum timore communicavit, alteram columbae aureæ super altare pendentí imposuit. De his columbis, & earum in Ecclesiis ufo extat sequens testimoniūm in 5. Synodo, a. 1. Qæruntur clericī, & monachi Antiocheni contra Severum ejus urbis non jam pastorem, sed lupum: *Nec sanctis ille pepercit altariis, nec sacris vasis, ea consilans, & suis similibus ergoans. Præsumptum est hoc ab eodem, o Beatisimi; nam columba aureas, & argenteas in formam Spiritus sancti super divina lavacra, & alaria appensas, una cum aliis sibi appropriavat.* Relegit hanc querimoniam in 2. Synodo Nicæna, a. 5. Antonius Monachus, ut refert Claudio Espenceus lib. 2. de ador. Eucharist. cap. 5. & plura de his columbis adducunt Rofwicidus in not. ad epist. 12. D. Paulini. Saulay in Panopli. Sacerd. lib. 9. cap. 4. Novarinus in agno Eucharist. lib. 5. cap. 55. Baronius anno 57. num. 152. Item in turriculis, seu turribus pretiosis Eucharistia reponebatur, de quibus Gregoribus Turon. de gloria Martyrum, cap. 86. Tempus ad offerendum sacrificium advenit, acceptaque turre Diaconus, in qua minister Domini corporis habebatur. Et S. Remigius in suo testamento apud Flodoardum lib. 5. h. 5. Rhem. ibi: *Illud quoque vas aureum decem libram, quod mibi se memoratus Dominus Clodoveus Rex donare dignatus est, tibi heredi mea Ecclesie supra memorata (Rhemeni scilicet) jubeo curriculam & imaginatum calicem fabricari.* Ubi licet aliqui legant, thuribulum; tamen legendum esse turriculum, post Brisonium probat Saulay d. cap. 4. Facit idem Flodoardus lib. 2. cap. 6. dum de Laudone Archiep. scribit: *Turrim quoque auream, quam ad votum suum fabricari fecerat, super altare posuit S. Marie Rhemensis Ecclesia, & paternas tres.* Pocta cepit servari corpus Domini in pyxide, ut hodie custoditur, quæ debet esse benedicta, ut latè probat Henao de Eucharistia d. disput. 16. Patres ergo Concilii Turon. in d. can. 3. docent, ut acrosancta Eucharistia non in codem cum reliquis imaginibus loco, in altari ponatur; sed in peculiari, nempe sub cruce Domini: ut enim ipsa Domini crux in præcipuo altaris loco statueatur tanquam omnium imaginum præcipua, ita par erat, ut ipsa etiam sacratissima Eucharistia præcipuum locum obtineret, sub ipsa videlicet cruce: docuerunt Corjulanus in notis ipsius canonis. Gethferus de cruce lib. 2. cap. 33. Landmeter, lib. 2. de veter. cleric. cap. 75. Saulay ubi proximè, Vinius, & Sirmundus ubi supra. Et non probabiliter conjectatur Binius in notis ad ipsum canonem 3. Felicem Episcopum Bituric. qui in illo Concilio subscriptus, ad sacratissimam Eucharistiam servandam curassieri instar turris vas aureum. Pereglegans illud, quod Venant. Fortunat., celebravit, & descripti subsequenti epigrammate ad Felicem Bituricens. in turrim ejus:

*Quam bene juncta decent sacra ut corporis Agni;*

*Ingens margaritum ac aurea dona ferant;*

*Cedani cibis solitum Salomonia vasa metallis,*

*Isa placere magis ars facit, atq. fides:*

*Quæ data, Christe tibi Felicis munere, si effent,*

*Qualia tunc tribuit de grege Pastor oves.*

*Et cuius tu corda vides, pietate coequas,*

*Par vide merito qui dedit aræ duo.*

Commendatur etiam à Sancto Hieron. epist. 4.

S. Exuper. Tolosan. Archiep. qui tempore exun-

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

dantium barbarorum, ne istiusmodi vas sacra illorum rapinæ cederent, ipsa in usum pauperum conflatrat, canistro vimineo, & vitro calice corpus Domini portans. Etiam non nisi de aſſervata in Ecclesia Eucharistia accipi potest illud exērandum ſcelus Donatistarum, quod ab Optato Milevit. breviter deſcribitur hiis verbis: *Iuſſerunt Eucharistiam canibus fundi, non ſine ſigno diuinæ judicis; nam iudei canes accenſi rabie ipſos dominos ſuos quafi latrones sancti corporis reos, dente vindice, tanquam innotos, & inimicos lanaverunt.* Illuſtrat Novarinus in Agno Eucharist. lib. 5. cap. 55. Nec ſolū ſub ſpecie panis, verū etiam ſub ſpeciebus vini aliquando fervat uſiſſe in Ecclesia Eucharistiam pater ex epiftola D. Chryſtostomi ad Innoc. I. Papam, ubi ait: *Ingressis militibus in ſacramentum, ubi ſacra erant reponita, sanctissimum Christi ſanguinem in militum uestes effuſum fuſſe.* Quia tunc forsan adhuc laici communicaabant ſub utraque ſpecie: quem morem ita communicaudi referunt, atque mox in bodiernum defendunt Joan. Ragulinus in perdoctâ oratione habita in Concilio Baſileensi, Suarez adverſus Regem Anglie, lib. 2. cap. 5. Boſquetus ad Innocent. III. lib. 1. epift. 149. Espenceus de ador. Enchar. lib. 2. cap. 13. Pamelius in notis ad D. Cyprianum epift. 63. Baronius anno 570. Mſiana ad D. Hieronymum verbo Eucharistia, Manrique tom. 1. annal. Cſſerc. anno 119. cap. 3. Wadingus ad epift. 15. D. Franc. num. 7. Sed tum ob periculum effusionis, tum ob facilitatem corruptionis, Eucharistia tantum ſub ſpecie panis fervari ccepit: & agrotis Eucharistia ſub ſpecie tantum panis ministrabatur, ut conſtar ex vita S. Ambroſii à Paulino ſcripta, ex vita S. Basilii ſcripta ab Amphilochio, ex Dionyſio Epifcopo Alexand. apud Eusebium lib. 6. h. 5. cap. 36. Aliqui Sacerdotes panem ſanguine Domini intinctum custodiebant, juxta canōnem 9. Concilii Rhemensis, ſuprà relatum; alii panem intinctum in ſanguinem Domini ſerva- bant; quam intentionem, ut abuſivam, & Apoſtolicis conſtitutionibus contrarialem dannavit Jul. I. in epift. ad Epifcop. per Aegyptum miſa, & Concil. Brachar. 3. can. 1. apud Gratianum in cap. cum omne, de conſecr. dif. 2.

Similem etiam abūlum improbatum lego in can. 28. Conc. Clavorum, ſub Urbano II. hiſ verbis: *Ne quis de altari commiſſicet, niſi corpus separatiꝫ, & janguinem ſimiliꝫ non ſumat, niſi per neceſſitatem, & per caſtelam.* In cuius notis Binius ex Baronio notat, in eo canone damnari hærefim Berengarianam in eo capite, quo docebat, ſatis eſſe per unam ſpeciem Eucharistia impleri figuram. Verū hæc interpretatio merito refellitur ab eruditio Petri Marcha in not. ad dif. can. 28. quia inter Berengarii hærefes ſimiliſ non reperitur: quare vera ipsius canonis explicatio petenda eſt ex abuſu illius ſeculi, in quo quidam clerici fidelibus laicis Eucharistiam ſanguine Domini intinctam porrigitre non dubitabant, ut teſtis eſt auctor Micrologi, qui ante Greg. VI. tempora ſcriptit, c. 26. ibi: *Non eſt authenticum, quod quidam corpus Domini intinctum, & intinctum pro complemento communionis populo diſtribuunt, nam Ordo Romanus contradicit.* Quæ forma non tantum contraria erat ordinii Romano, verū & Christi institutioni, qui corpus ſeorsim a ſanguine commandaverat, ut notatur in Concil. Bracharen. 3. anno 678. quod ſimilem corruptelam dannavit in can. 1. unde ſumptum eſt quod Julii epiftola ad Aegyptios in

Kkk colle-

collectione Isidori adscribitur, ibi: Illud vero, quod pro complemento communionis intinctam tradunt Eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex Evangelio testimonium recipit, ubi Apostolis corpus suum & sanguinem commendavit; seorsim enim panis, & seorsim calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem alii non praebeant legimus, excepto illo tantum discipulo, quem intincta buccula Magistri proditorem ostenderet, non qua sacramenti hujus institutionem signaret. Glicebat in Occidente adeo hic abusus, ut Ivo Carnot. in tract. de divinis officiis, cum tolerandum putaret in populi communione: Non autem (inquit) corpore, & seorsum sanguine communicet, excepto populo, quem intincto pane, non autoritate, sed summa necessitate timoris sanguinis Christi effusione permititur communicare. Ut similem communicandi formam proscriberent PP. Concilii Clarom. statuerunt in dicto canone 28. ne quis communicet de altari, nisi corpus separatum, & sanguinem similiter fumat, id est seorsim, ut loquitur Concil. Brachar. sive singulatum, quemadmodum Ordericus sensum illius canonis exprefit. Duplex autem casus excipitur in dicto canone; necessitatibus videlicet, & cautelæ. Primus continebat, si communioni esset praebenda agris, aut pueris; tunc enim ad juvandum esum panis, intinctio permittebatur, ut anno 1188. scriptis Paschalis II. Urbani II. successor ad Pontium Abbatem Cluniac. epist. 32. ibi: Novimus enim per se panem, per se vinum ab ipso Domino traditum: quem morem sic semper in sancta Ecclesia conservandum docemus, atque precipimus, præterquam in parvulis, ac omnino infirmis, qui panem absorbere non possunt. Secundus casus cautela eveniebat, cum presbyteri, ne illis sanguinis effusio contingat communiantium coram, solo pane intincto populum communicabant, non præbito poculo. Id egregie docet Rodulphus Abbas sancti Trudonis, qui eaestate vixit, his versibus, quos laudat Gropperus de communione alterius specie, cap. 44.

Hic & ibi cautela fiat, ne presbyter agris,  
Aut sanis tribuat laicos de sanguine Christi,  
Nam fraudi posset leviter simplexq; putare,  
Quod non sub specie sit totus Jesus utraq;

7.  
*De causis servandis Eucharistiis.*  
Custodiebatur, a servabaturque Eucharistia in Ecclesia variis ex causis, & pro diversis fiducium necessitatibus. Primo pro infirmorum communione, ne sine hoc sacro viatico decederent, cap. presbyter. 2. dist. 93. Conc. Turon. & Rhem. apud Burchard. lib. 5. Decreti. c. 9. de decimis. Joan. Dartis de Euchar. c. 18. Espenceus de adorat. Euchar. lib. 2. cap. 2. Nec contrarium deducitur ex cap. 1. de celebr. Missar. ubi jubetur, ut presbyter jejonus exeat ad opus rurale, ut possit subvenire necessitatibus infirmorum. Quem textum, ut ibi retuli, exponunt Doctores, videlicet ut possit iterum celebrare, & ita Eucharistiam infirmis administret. Ergo quia non servabatur olim Eucharistia in Ecclesia infirmorum gratia. Pro cuius textus expositione jam ibi notavi, olim desiderari jejenum non solum in celebrante Missa sacrificium, & recipiente corpus Domini, verum & in administrante: & ideo licet Eucharistia servaretur pro infirmis administrandis; tamen ut ritè illis administrari possit, jubetur a Patribus Concil. Agat, ut presbyter, id est parochus, jejonus sit, ut possit necessitatibus infirmorum subvenire. Secundum a servabatur Eucharistia, ut ad Monachos, & moniales deferretur, teste Basilio in epist. ad Casariam Parricium: Omnes, ait, in eremis solitariam vitam

agentes, ubi non est Sacerdos, communionem domi servantes, & seipsi communicant. Et in novel. 123. Justin. quæ super diversis Ecclesiæ capitulis inscribitur, inter cætera de monialibus sic habet: Mulieribus quemcumque elegerint ipsæ, sive probatorum sive Diaconorum, ut sanctam eis communionem deportet, religiosissimus Episcopus, sub quo sunt, quasi duabus sortibus attribuit, quem fiduciæ relata, & honesta esse vita cognoverint. Illustrat Elpencus lib. 1. de adorat. Eucharist cap. 5. per 10. Fuit etiam olim Eucharistia affervata non solum in usum modi viventium fiducium, verum & mortuis quoque data, & cum eis consupulta. Amalar. Fortunatus lib. 4. de Eccles. offic. cap. 42. Amphilius in vita S. Basilii, cap. 6. ubi refert illum mori proximum Eucharistia consecrata patre reverenter sumptu, partem alteram secum cepidam reservasse; et si de hoc facto dubitet Thophilus tom. 15. in Heterocl. p. 2. sect. 1. punt. 10. D. Gregor. lib. 1. dialog. cap. 24. ibi: Per quidam S. Benedicti sine ejus benedictione ad parentum, eorum quam debebat amantior, habitaculum monasterio relicto pervenient, eadem defunctus est, his sepulcro, toties forsas corpore projecto, currentibus cum sicut monachia, vir Dei (sic illicet Benedictus) manu sua communionem corporis Domini dedit, dicens: Ita & hoc Domini corpus super peccatum eum magnare verentia ponite, & sic sepulcrum eum tradite. Quo factò suscepimus ejus corpus terra tenuit, nec ultra proicit. Et morem hunc præbendimortuis Eucharistiam, non fuisse errorem ab hereticis inductum, sed revera permisum ab Ecclesia, docuerunt Mendoza lib. 2. Concil. Ille, in can. 58. Claudio Espenceus de adorat. Eucharist. cap. 7. Menardus in notis ad lib. Sacram. D. Greg. fol. 247. Rosweidus in vita S. Basilii, fol. 161. Alabpineus lib. 1. obs. cap. 10. Haxthausen in vita S. Benedicti, cap. 24. in fine, Vivar. de veteri monac. tom. 2. fol. 6. Henriquez lib. 1. summa. cap. 21. ltt. D. Licet contrarium teneat, immo ex superstitione aliqua observatione ritum hunc ceperisse, Basil. Legion. q. 2. schol. cap. 4. qui capite sequenti duas assignat causas, ob quas Ecclesia olim sinebat mortuis Eucharistiam tradere. Primam ad extirpandum Gentilium superstitionem, iuxta quam illi credebat, animas defunctorum transeflumen illud Cocytus apud Tartaram regionem, vehique Acherontis rate, cui ut defunctus portorum solveret, ejus ori obolum imponebant. Juvenal. marty. 3.

At ille  
Jam sedet in ripa, zetrumq; novitus horret  
Portumea, nec sferas canof gurgitis albim  
Infelix, nec habet quem porrigit ore trien-  
tem.

Alex. ab Alex. lib. 3. dier genial. cap. 7. ubi ex Aristophane, Plutarcho, Luciano, Diодоро, & Plato probat Tiraquellus. Expressus Apul. lib. 6. Metamorph. dum viam descendendi ad inferos ostendit, ibi: Sed non habentes debet vacua per illas tebras incedere, sed offus polenta mulsa concretas ambibus gestare manus, ac in ipso ore dina ferre spissas. Et ut significaretur Eucharistiam, quæ vere est pignus gloriae, esse Christianis navem transvectionis in gloriam. Unde ut hanc Gentilium superstitionem Patres Ecclesiæ extirpare, sinebant in os defuncti Eucharistiam apponere, ut docerent, eo viatico fideles in patriam colestem transvehi securius, quam Gentiles. Aliam causam hujus perantiqui ritus assignat Basilus, ut ita

quieti cadaverum fideliūm consuleretur, & demones ab ipsis sepulchris fugarentur. Nam cū primis Ecclesiis faculis, dum extra Ecclesiam corpora defunctorum sepeliebantur, facile à spiritibus immundis vexarentur, in usū esse ceperit ut Eucharistia ori defuncti, aut supra pectus apponetur, ut ita in pace quieteret, nec à demoni ex vexaretur, ut contigit in casu supra relato ex D. Gregorio, & aliis relatis à Franc. Georgio lib. 2. problem. 7. 9. & 80. Postea tamen cū sepulcra fideliūm defunctorum intra Ecclesiā permittetur, & ritus superstitiosi Gentilium penitus inolevissent, prohibuerunt Ecclesiæ PP. amplius Eucharistiam mortuis dare in Concilio Alispach. can. 12. ibi: *Nor huc mortuis, nec Eucharistiam, nec oculum trahi, nec velo, aut palli corpora eorum obvolvi.* Concil. CARTHAG. 3. can. 6. Item placuit, ut corporibus defunctorum Eucharistiam non detur, dictum est enim à Domino: *Accipite, & manducate mortui autem accipere non possunt, nec manducare.* Sexta Synodus in Trul. can. 63. ibi: *Nemo cadaveribus mortuorum Eucharistiam impetrat.* Concil. Hipponeſe can. 5. quod refert Crespetus in summa verbo Eucharistia non danda mortuis. Nec audiendus est Alaspach. lib. 1. obser. cap. 9. qui causam datæ mortuorum Eucharistiae tam proponit, quia videlicet ipsi cū fideles essent, excessissent ex hac vita sine communione Ecclesiastica; & ita illis defunctis porrigi Eucharistiam: quem refert Theoph. tom. 15. in Het. 2. p. 7. punct. 16. Deinde asservabatur Eucharistia ut daretur peregrinis proficentibus; & ita Satyrus D. Ambroſii frater in magna tempeſtate Eucharistiam è collo suspendit ipſi datam ab initiatis, qui erant in navi, à quibus eam poposcit, ut pater ex eodem D. Ambroſio de obitu ipſius Satyri, cap. 7. & Beda in Martirolo. die 15. Augus. refert Tharsicum Martyrem cum deferre fecum Eucharistiam, & incidisset in Gentiles, maluſe ſibi vitam eripi, quā Eucharistiam, quā è manib⁹ Gentilium evolavit. Illustrat Espenceus lib. 2. de ador. cap. 7. Deinde asservabatur Eucharistia pro illis diebus, in quibus non sacrificabatur, veluti Quadragesima tempore, excepto Sabbatho, & Dominica, & sacro Annunciationis die, in quibus fierbat sacrificium præsanctificatum: quare Eucharistia illa vocabatur præsanctificateorū, ut patet ex can. 52. 6. Synod. ubi notavit Balfam. Et de his sacrificiis præsanctificatis agunt Menardus in notis ad Sacram. D. Gregorii, fol. 75. Turrianus pro canonibus 6. Synodi, fol. 69. Fileac. de Quadrag. cap. 13. Vicecomes volum. 2. de ritibus Miffa, lib. 2. cap. 9. Rursus asservabatur Eucharistia, ut Presbyteri, & Diaconi per 40. dies à die suæ ordinationis ex ea communicearent, ut referunt Fulbertus Carnot. epif. ad Finardum, ibi: *Hofiam Sacerdos recens ab Episcopo promotus de manu ordinatoris suscepit quotidie non usq; ad quadragesimum uq; diem minutatum consumebat.* Albinus Flaccus de divin. offic. tit. qualiter Episcopus ordinetur in Curia, ibi: *Ad communicandum vero Pontifex porrigit ei formatum, atque sacram oblationem, quam accipiens communicat super altare; cetero vero reservat sibi uisque ad dies quadraginta.* Postmodum ex precepto Apostoli communicat omnem populum. Illudrat, & myltas rationes hiujus ritus refert Hallier. de sacris elec. cap. 9. artic. 2. §. 3. Tandemolim, & hoia etiatur Eucharistia, ut ostendatur in proceſſione, D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

qua etiam ante Urbanum IV. in plerisque Ecclesiis in usu erat, ut constat ex Concilio Brach. 3. can. 5. & alii relatis ab Anton. August. lib. 4. epif. tit. 6. Menardus ad Sacram. D. Gregorii, fol. 184. Espenceo de adorat. Eucharist. lib. 2. cap. 4. licet festum peculiarem corporis Christi ipse Urbanus instituisset prope annum 1261. in Clem. nnic. dereliquito, & venerat. ut referunt plura de eius testitudo adducentes Sherlogus tom. 3. 18. Cant. vestig. 205. cap. 7. seq. unic. num. 59. Spondanus in continuat. Baronii anno 1264. & 1311. Suarezom, 1. deneg. lib. 1. de diebus festis. Herrera de orig. diuin. offic. lib. 2. cap. 8.

Quibus ita animadveris ratio praesentis assertio[nis] facilè percipitur; nam cum confit, tot <sup>Traditur</sup> auf caufas olim, & hodie Eucharistiam debere in <sup>ratio deci-</sup> Ecclesiis parochialibus asservari, similiterque <sup>dendi.</sup> christina esse custodiendum, ut sacramentum Confirmationis ministrari possit, & nonnunquam homines anfitemerario tam Eucharistiam, quam christia scripserint ad nefaria, & horribilia opera, ut suprà in notis probavi; ideo tam diligenter PP. Concilii Laterani in præſenti cavent, & statuant, ut Sacerdos sub clavi, & fideli cultu dia christia, & Eucharistiam habeat, ne aliquis ad nefaria illis abutu posset; & si negligenter ea custodiret, pro modo culpe puniatur suspensione, aut depositione. Fuit etiam injunctum ipsi presbyteris, ut frequenter hoc sacramentum renovare curarent octavo saltem die, in c. presbyter, de consecr. dist. 2. & ab Odone Cancellario Parisiensi can. 21. ubi ratione reddit, ne vetustate aliqui ad indebetionem moveri valeant, aut errorem. Ab Huberto Cantuar. Archiep. in suis Decretis, apud Rogerium & Hoveden. in Joanne Reg. ibi: *Renovetur hostia ipsa singulis diebus Dominicis.* Quare tempore interdicti, & in Ecclesia specialiter interdicta celebrari potest sacrificium Missæ ex hac causa, ut renovetur Eucharistia, cap. permittimus, defent. excom. lib. 6.

Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta ex facto Domini relato ab Origine, seu Cyrillo; <sup>9.</sup> *Dissolutio-* nam verum est, Dominum nostrum non iussisse <sup>tur dubi-</sup> Eucharistiam à se consecratam differri in crastina- <sup>tandi ra-</sup> num; sed non inde recte infertur, non debuisse <sup>rio.</sup> postea Eucharistiam asservari; multa enim Dominus per se nos iussit, quæ postea per Apostolos dispositum, etiam circa sacramentum Eucharistia, ut sanctus Augustinus testatur epif. 118, nec Origenes hoc agebat, ut probaret, non posse Eucharistiam conservari; sed cū docere vellet, placere Deo sacrificium laudis recens, & novum ac spirituale, non vetus, usus est exemplo Domini, qui Eucharistiam à se consecratam continuo manducari iussit, ut exponit Bellarminus lib. 4. de Eucharist. cap. 5. Accedit, nam in his homiliis Origenis, & Cyrilli, Rufinus qui eas verit. plura adjectit, & sultulit, ut ipse testatur, & tradit Espenceus lib. 2. de adorat. Eucharist. cap. 9. Immo ipse Cyrillus Alexandrinus redarguit hunc primum emergetum errorem illorum, qui putabant Eucharistiam in sequentem diem non esse servandam; nam ad Colosyrum Episcopum Arsentem scribens, sic ait: Porro alios etiam esse audio, qui mysticam benedictionem nihil ad satisfactionem proficeret dicant, si quid ex ea fiat reliquum in alium diem: insinuant vero, qui haec assertunt; nec enim alteratur Christus, nec sanctum ejus corpus immutatur, sed benedictionis vis, & facultas, & vivificans gratia per-

In Librum III. Decretalium,

932

perduo in ipso existit. Nec obstat auctoritas D. Clementis; nam verum est, olim nonnunquam Eucharistie reliquias servari, nonnunquam custodi-ri prohiberi; cum enim propter saevas Gentilium persecutiones fideles clam in cæmeteriis, & locis occultis convenirent ad Missa sacrificium celebrandum, & in eo communicandum, non poterat publicè exponi, & assevari sacra Eucharistia, ne Christiana Religionis inimici etiam eam apprehenderent, & concilarentur: quare illis persecutionum temporibus, pacè adhuc Ecclesiæ non datâ, congruentius PP. existimaretur, ut reliquie Eucharistie, quæ supererant, potius infantibus jejuniis tradicerentur, aut ignis purissimo elemento absumereantur, ne illis irrisio, aut irreverentia per Gentiles fieret, præcipue cum nulla injuria sacramento ex simili confumptione iro-garetur, cum ignis operatio ad specierum modò externarum absumptionem, non verò ad terum internarum, hoc est corporis, & sanguinis Domini læsionem tenderet: nam & Pius Pontifex relatus in cap. super negligentiam de conser. dif. 2. ea super quæ aliquid Domini vel de sanguine stillasset, vel de corpore cecidisset, igne jussit exxiri, & cineres intus altare recondi; cuius etiam nunc decreto, si quo casu ex sacramento reliquum sit, quod sumi non possit, utimur. D. Thom. 3. p. q. 83. artic. 6. ad 7. Nec obstat textus in d. can. 3. Concilii Cesarang. pro cujus solutione sciendu[m] est, primis Ecclesiæ seculis, quia frequentioribus persecutionibus prohibebabantur fideles in Ecclesiis, aut cæmeteriis ad communicandum convenire, permisum illis fuisse Eucharistiam secum in domum deferre, cum quotidie de vita periclitarentur, ut quotidie sumerent corpus Domini, & ut ait D. Cyprianus epist. 56. considerantes se quotidie sanguinem Christi sumere, & ipsi pro Christo sanguinem effunderent: & ita concessum fuit, ut cum in Ecclesia, aut aliis locis abditis sacrificium Missæ offeretur, fideles, qui ad eam convenienter, non tantum ibi communicarent, verum & particulas ex Eucharistia consecrata à Sacerdote acceptas domum ferendas sumerent; quas reverenter asseverata singulis diebus summo mane jejuni communica-rent: quod respexit Tertul. ad uxorem cap. 5. dum ait: Non sciet maritus, quid ante omne cibum gustet; & si converit, panem non illum credit esse, qui dicuntur. Cujus moris meminerunt Clemens Alex. lib. 1. Strom. Basilius in epist. ad Cesar. Patric. qua habetur tom. 6. Bibliothe. SS. PP. ibi: Alexandria autem, & in Egypto uniuersaque ex lasciis, qui illuc degunt, maximâ ex parte communionem habet domi sua. D. Gregorius lib. 3. dialog. cap. 36. D. Hieronymus epist. 50. Justian. novel. 123. S. in omnibus, & alii congettati ab Espenco de ador. Eucharist. lib. 2. cap. 4. Basilius Legion. q. 2. scholast. cap. 5. Landmeter. d. cap. 75. qui mos evanuit propter fraudes impiorum, & hæreticorum, qui ne detergerentur in Ecclesiis non communicasse, sacrum Domini corpus secum auferentes, polluebant, & prophanabant: contra quos cautum fuit in Concilio Tolet. 1. can. 14. & Cesaragust. 2. can. 3. ut qui Eucharistiam acceptam in Ecclesia non consumpsisset, anathema in perpetuum es-set: quem docte exponit P. Henao tom. 3. de sacrif. Missa, diffut. 29. sect. 27. Cabassutus in notis Concilior. ibi: & mirus casus hostie à quadam muliere in archa inclusæ referatur in cap. ple-

nè 30. de decimis, in 1. collect. his verbis: Plene nobis immotus ex tuarum continentalium litterarum quod cum hostia quadam sacram in arcu cuiusdam mulieris parochiana tua conclusa fuisset, virtute Domini faciente, pars ferè media in corpus Christi manifeste conversa est, ita ut caro videbatur, &c.

Sed antequam manum à tabula suspendamus, exponendum est difficilis textus in can. 9. Continuita. Nanner. in illis verbis: Ut de oblationibus, quæ omnes offeruntur à populo, & consecratione superstant, vel Namur. de panibus, quos offerunt fideles ad Ecclesiam, vel sc. t. certe de suis, presbyter convenienter partes incisa habeat in vase nitido, & convenienter ut post Missarum solennia, qui communicare non fuerit rati, eulogias omni die Dominicō, & in diobus festis exinde accipiant: & illa, unde eulogias presbyter daturus est, ante in hac verba benedicat, &c. Quem canonem citant Burchardus lib. 5. Decret. cap. 27. Ivo Carnot. p. 2. Decret. cap. 37. ex Decretis Pil. Pontificis cap. 4. In eo illud facile non est, an agatur de Eucharistia, vel de pane benedicto à presbytero; siquidem de Eucharistia, ad quid jubetur, ut quod superfit, per parochias dividatur, & mittatur? siquidem ex supra traditis servari potius debebat in Ecclesia. Pro cuius canonis expositione sciendum est, apud antiquos genus quoddam fuisse communioni per eulogias, ideo institutum, ut absentibus miniteretur pars aliqua, & societas efficeret cum Episcopo, & ecce si fidibus, qui in civitate morarentur, nam cum per vicos & pagos sparsi, & diffusi ex eadem non posset sumere communionem, cuperentque semper unionis Christianæ speciem quam posset maximam, retinere, diebus festis ex matrice per parochias benedictus panis mittitur, ex cuius perceptione communionem adesse inter omnes fideles eisdem diecessint intelligetur: quod introductum fuisse à Melchiade refert Baronius anno Christi 313. num. 52. De his eulogis in can. 14. Concilii Laodice. ita caveretur: Sanctas oblationes ad vicem eulogiarum per festivitatem p. Schalem ad alias parochias minime transmisit operari. Quod ideo cautum fuit, quia ea die omnis populus non ex eulogis, sed Eucharistia communicare debebat. Et in can. 32. ita legitur: Quod non oporteat hæreticorum eulogias accipere. Quia videlicet cum eis non dabatur communio, unde Episcopus excommunicatus eulogias dare non poterat, ut videre est apud Gregorium Turon. lib. 8. hist. cap. 10. panis hic fermentatus erat ut probavi in cap. final. de celebraz. Missar. & à presbytero post Missam benedicebatur. Concil. Matifcon. can. 50. ibi: Cantum est, finit. Missa apresbytero oblationes accipere. Gregorius Turon. lib. 5. hist. Franc. cap. 14. ibi: Post Missam petitis, ut ei eulogias dare debemus. Plura de hoc pane benedicto consegit P. Henao tom. 3. de sacrif. Missa, disput. 28. sect. 54. De his Eulogiis, non verò de Eucharistia consecrata accipiendo, est dictus canon. 9. Concilii Nanner. & de his eulogis plura adduxerunt Albaspinus lib. 1. obser. cap. 8. Haerophilus in vita S. Benedicti, cap. 8. in princip. & tomo. 1. disquisit. monast. lib. 4. tract. 7. disquisit. 4. Bignonius ad Marculfum lib. 2. cap. 42. Lindembrog. in glossar. legum antiqu. verbo Eulogia. Buleng. ad Cafaub. diatrib. 3. cap. 33. fol. 172. Filefacus de orig. parroc. cap. 11. fol. 644. Balfamon, & Justelus in d. can. 32. Concilii Laod. Otalora de regul. ex panis. excursus s.

CAPUT

## C A P U T II.

Idem in (a) eodem.

**R**elinqui nolumus incorrectum, quod quidam clericis Ecclesiis sic disponunt super pellestibus propriis, & etiam alienis, ut potius domus laicæ, quam Dei basilicæ videantur; non confiderantes, quod Dominus non sinebat ut vas transferretur per (b) templum. Sunt & alii, qui non solum Ecclesiis dimittunt incultas, verum etiam vasa (c) ministerii, & (d) vestimenta ministrorum, ac pallias altaris, necnon ipsa corporalia tam immunda relinquent, quod interdum aliquibus sunt horrore. Quia verò zelus nos comedit domus Dei, firmiter prohibeimus, ne hujusmodi suppellestilia in Ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incursum, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes, ad eas oporteat habere refugium: sic tamen, ut necessitate cestante res in loca pristina reportentur. Præcipitus quoque, ut (e) oratoria, vasa, corporalia, vestimenta prædicta, (f) munda & nitida serventur; nimis enim videtur absurdum, in sacris fortes negligere, quæ dederent in prophanis.

## N O T Æ.

1. (a) *Odem.*] Concilio videlicet Lateran. cap. 19. & reperitur hic textus in quarta collectione, sub tit. de immunitate Ecclesie, cap. 1. nec male, cum prælens constitutio spectet ad immunitatem, seu reverentiam Ecclesiæ debitam. Sed quia in secunda parte agitur de custodia vasorum, & vestimentorum Ecclesiæ, ideo à Raymundo compilatus fuit sub hoc titulo.

(b) *Templum.*] Marcip. 11.(c) *Vas ministeris.*] Calicem videlicet, & patenam, de quibus segni in cap. 1. de pignor. cap. final. de celeb. Missar.(d) *Vestimenta.*] De quibus segni in cap. 2. de officio. custod. dicto cap. 1. de pignorib. cap. unic. de sacram. unctioni.

(e) *Oratoria.*] Ita etiam legitur in ipso Concilio, sed ni fallor legendum est, oraria; nam si in praesenti agebat Innocentius III. de vestibus sacris, ut nitide, & munda essent, ad quid simul oratoria cum vestibus referre, & conjungere poterat? Lego ergo oraria. Orarium autem licet aliquid accipiat pro ueste mulierei, seu virili, ut apud D. Paulinum in vita S. Ambrosie, ibi: *Et tababant etiam turba virorum, ac mulierum oraria, vel semicincta sua, ut corpus sanctum aliquatenus ab ipsis contigeretur.* Concil. Aurel. i. can. 28. ibi: *Monachorum orarium in monasterio, vel zona habere non licet.* Nonnunquam tamen accipitur pro ueste honesta sacerdotali. Synodus Mogunt. i. can. 21. ibi: *Presbyteri sine intermissione utantur orariis, propter differentiam sacerdotis dignitatis.* Frequentius tamen apud veteres Ecclesiæ scriptores accipitur pro facio indumento, quod stolam dicimus, ut in Synodo Laodic. can. 22. ibi: *Quod non oportet ministrum ferre orarium, nec etiam fores relinquere.* Et can. 23. ibi: *Quod non oportet lectores, vel cantores ferre orarium, & sic legere, vel canere.* Concil. Brachar. i. can. 27. ubicumque abusum quandam Diaconorum arguerent, secus quam oportebat orario uterum, ita statuunt: *Placuit, quia aliquantisibus Provincia Ecclesia Diaconis absconsi intra tunicam utuntur orariis, ita ut nihil*

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Part. II.

differe à Subdiacono videantur, ut de cetero sicut decet, utantur orario. Brachar. i. can. 3. Ut annis Sacerdos cum ordinatur, orario utroque humero ambiatur. Tolet. 4. can. 39. si oraria duo nec Episcopo quidem induere licet, nec presbitero utique multo minus diaconi, qui minister eorum est. Unum ergo orariorum oportet Levitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est predicit. Ita vocem hanc exposuerunt Albinus Flaccus de divinis officiis, cap. quid significant vestimenta, ibi: *Orarium, id est stola dicitur, eo quod Oratoribus, id est Predicatoribus concedatur.* Rabanus Maurus de ritibus clerici. cap. 19. ibi: *Orarium dicitur, licet hoc quidam solam vocent. Hoc enim genere vestis solummodo eis personis uti est concessum, quibus predicandi officium est delegatum.* L. tuis prossequitur Viccomes volum. 4. de ritibus Missæ lib. 2. cap. 18. & 19. & nos in cap. à multis, de ritibus & qualib.

(f) *Munda, & nitida.*] Consonant textus in cap. vasa 38. cum sequent. de confess. dict. Gregorius VII. in Concil. Romano anni incerti. c. 27. *Vasa altaris, & panni, vel pallia nitida sine, & integra: & si fuerint vetusta; vel aliquo casu corrupta, religioso, & puro loco abcondantur, vel igne crementur.* Rerum A. Augustini. in epist. lib. 7. titul. 2. Hujusmodi enim uestes in loco serâ inuitu recondi solebant. Concil. Rhemensis apud Burchardum lib. 3. cap. 97. ibi: *Explata Missa calix cum patena, & sacramentorum liber cum vestibus sacerdotalibus, in mundo loco sub sera recomptantur.* Et erat olim in Ecclesiæ quid in ministri, quibus sacrarum uestium curatio demandata erat. De quibus in Synodo Nicena I. can. 63. ibi: *Sic in unaquaque Ecclesia procurator, & cum eo ali, qui curam habeant prouentuum, & reddituum Ecclesiæ; & deinde villarum, & sementis, & sumptuum, & vavorum aurum, & argenti, & vestimentorum, & ornamentorum Ecclesiæ.* De eis c. g. in cap. 2. de officio. custod. & plura tradit Viccomes volum. 4. de ritibus Missæ lib. 1. cap. 7.

Kk kk 3

COM-

## COMMENTARIUM.

**G**entiles res, quas præcipue ab hominum iniuria tutas servari volebant, in templis custodiendas, Sacerdotum, adituorumque fidei commendabant: cuius moris exemplum occurrit in mensuris, ac ponderibus; que cum olim in publicis locis affervari solerent, ne corrumperentur, L. modis 9. C. de suscep. veluti in Capitolio; unde Romanam amphoram Jovi sacratam olim fuisse refert Fanius his versibus:

*Amphora sic cubus, quam ne violare licet*

*Sacravere Jovi Tarpeio in monte Quirites.*

Justinianus in Ecclesiis servari precipit in novella 128. notavi in cap. 2. de empl. & vend. Similiter testamento, ut eorum securitatem consideretur, in templis deponerantur, L. 4. §. ult. ff. famili. erifice. L. 3. §. proinde, ff. databul. exhib. Unde Augusti testamentum V estalibus commendatum fuisse refert Suetonius in Jul. cap. 83. & in Augst. cap. ult. & Tacitus lib. 1. annal. Idem detestamento Antonii refert Plutarchus *inequa vita*: ob eandemque causam pecunia sicut in publicis deponebatur locis, L. fidei usq. 64. ff. de fidei usq. I. qui mutuam 56. §. 1. ff. mandari: ita in æde sacra Saturni, Diana, vel Castoris deponabantur, L. si reus 73. ff. de procurat. L. ait Prator 7. §. sed eti. ff. de minor. L. acceptam 19. de usuri, L. 1. §. in antem, C. de communis seruo, L. litis bus 20. §. 1. C. de agricolis. Unde Juvenalis satyr. 14. ait:

*Arata nullus in arca nummus*

*Ad vigilem ponendi Castora nummi.*

Et Herodianus lib. 1. scribit, Romanos in templo Pacis pecunias suas depone solitos, quod moris & Hebrais fuisse deducitur ex lib. 1. Machab. cap. 3. lib. 1. Regum, cap. 12. lib. 1. Paralip. cap. 9. Athenienses in templo Delis solitos depone publicas pecunias, referunt Thucydides lib. 1. Amilias Probus in Arische, & Cicero lib. 2. de legibus scribit, Alexandrum in Cilicia apud Solem in delubro depositisse pecuniam, & Plautus in Bacchide inquit: *Nos apud Thotimum omne aurum depositimus, quia illic Sacerdos Diana Ephesiae est, quin ipsa in ade Diana conditum est ibi.* Dio orat. 31. *Nostris haud dubie Ephesos, apud quos multa sunt pecunia, partim privatorum reconditae in Diana templo, non solum Ephesorum, sed & hospitum. & omnium undecunque genium: partim etiam populorum, Regumque. Deponunt autem omnes eò securitate gratia, nemine unquam aucto- cum afficeri injuria, tametsi jam plurima bella gesta sint, civitasq. sapientia fuerit capta.* Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 8. tradit, pecunias publicas solitas deponi in arario, quod Romæ erat. Immò & deponerantur, aut in templo Pacis, juxta Herodianum lib. 1. aut in templis Saturni, Fidei, & Jovis Capitolini, ut ex Tullio, Plinio, Livio, & antiquo Persii interprete, tradunt Dorleans ad lib. 1. annal. Taciti, pag. 34. Picartus decade 18. hist. polit. cap. 4. Ferrandus Aduensis lib. 1. explicat. iuris ad leg. 1. *Depositum latè illustrant Forner. lib. 6. rer. quotid. cap. 4.* Demsterus ad Rosinum lib. 7. cap. 31. ad finem, Sherlogus tom. 3. in Cantio. vestig. 25. sect. 2. Marcel. Donat. ad Suetonium in Domitiano, cap. 7. tom. 6. thesanri crit. fol. 784. D. Nicolaus de Castro in §. 1. de empl. & vendit. num. 99. Brodeus lib. 4. miscel. cap. 17. Revardus lib. 1. variar. cap. 24. D. Lau-

rent. Ramirez ad Martialem epig. 7. Sed apud Catholicos ob reverentiam Ecclesie debitas, sicut in illis non licet negotiari, seu tabernas ad ullos accubitus, velleculos sternere, c. nulli 41, dicit, plura Barbosa *voto 103.* nisi causa summa necessitatibus, quo casu deficiente diversorio etiam jumenta in Ecclesie introduci posse, docetur in can. 89. 6. Synodi; ita etiam nec deponere profana suppellecilia clericorum, vel sacrarium in eis licet, nisi propter hostiles incurvus, aut repentinum incendium; alias qui admittit hujusmodi res depositas in Ecclesia, peccat lethaler, ut probat P. Suarez tom. 1. de relig. lib. 3. cap. 6. Tantum enim vestimenta, & vasa Ecclesie ibi recondi debent, vel res proprieatis ingruentis belli causa, ut supponit Greg. VIII. in can. 32. Synodi Romana, incerti anni, ibi: *Arca ab Ecclesia expellantur, nisi una ad vestimentorum & liberos: sed si forte difficultas guerra fuerit, illa, qua in Ecclesia fuerint, nullum laicis debumur reddere, sed Ecclesie.* Refert Ant. August. in epist. iur. lib. 13. tit. 12. cap. 5. ut uitium narrant Gregorius Turon. lib. 3. cap. 12. Anton. Flor. lib. 4. de mirac. S. Bened. c. 24. Juxta quem casum bellum imminentis accipio canonem 66. Concilii Meldensis, ibi: *Ut hi, qui monasteria, atque sacra loca, vel Ecclesie infringant; & Sacerdotes ac viri & clericis nos non solum debonorant, verum & diverso, atque adverso modo affligunt, velas sacreij canonica sententia, quia ex hoc decreta esse dignosiori, subiungantur.* Et c. 1. de deposito. Innoc. III. lib. 1. epist. in edit. Colon. fol. 194. ibi: *Verum dam res sacra, & alia videlicet pro securitate deposita. Tunc euim ob securitatem cum alibi non ita servari possint, in templis prophanæ depontuntur. Quin & apud Gentiles legimus penes Virgilium lib. 1. in templum Junonis à Trojanis alportata, qua ab incendo vindicari potuerant, quod ibi salva futura arbitrarentur, etiam contra hostium quamcumque immani- tam.*

*Et iam porticibus vacuis, Junonis ayle  
Custodes lecti: Phante, & dura Ulysses  
Pradam adserabant, huc nudis, Troiagaza  
Incensis erupta adiutis, mensaq. Deorum,  
Cratereq. auro solidi, captivag. vestis  
Congeritur.*

Deinceps enim non humanum custodem fragilis potentia habiture sunt res in Ecclesia deposita, sed Deum ipsum vigilem, excubatoremque, qui savissimis ulcisci modis noſſet talium rapinam bonorum; fecitque multos; nempe Juliano, & Felice Prefectis Antiochenam Ecclesiam, Aureum Dominicum punctatam, expilarit non verentibus, Sozomeno referente lib. 5. cap. 7. Theodoreto libro 2. cap. 11. & 12. Nicophoro lib. 10. cap. 29. cum Guntrano Genitrici fratre, ut scribunt Procopius libro 1. Isidorus de bello Wandalico: & cum superbissimum Tyrannusnotaque etudelitatis Alaricus esset urbe positus, nihil antiquius habuit, ut refert Paulus Orosius lib. 7. cap. 39. quam ut dato praecopto mandaret, si qui in sancta loca, præcipue ad Apostolorum Petri, & Pauli basilicas configurarent, hos in primis inviolatos, securosque esse finerent. Facit Athonymus Floriac. lib. 4. de miraculis S. Benedicti, cap. 24. ibi: *Ut vero moris agerum sit in adveniis militum formidare, rusticis omnia sua ad Ecclesiam convehant, tam annobus, quam suppelle- etiam variam.*

Sed

**Sed** supra traditis obstat textus in cap. quis-  
Exponitur quis 17. quæst. 4. in illis verbis: Similiter sacrile-  
gum commititur auferendo sacram de sacro, vel non  
quis 21.17. sacram de sacro. In quibus Joannes Pontifex sup-  
ponit, res prophanas in templis deponi possit;  
siquidem ait, eas auferentes sacrilegium com-  
mittere. Difficilis est etiam textus ille, dum in  
eo docetur, committi sacrilegium auferendo non  
sacrum de sacro; nam tunc cum auferatur res  
privata, tantum furtum, non sacrilegium per-  
pettur, l. 4. in princip. l. 9. in princip. l. 11. §. 1.  
ff. ad leg. Jul. pecul. igitur non rectè Joannes in  
eotextu docet, sacrilegium committi. Pro cuius  
textus expositione dicendum est, Joannem Pou-  
tificem in eotextu referendum esse ad casum, in  
quo ob belli imminentis periculum, vel ob in-  
cendium, res private deposita essent in loco sa-  
cro, ut in præfenti permittitur; tunc enim si  
aliqua ex eis auferatur, sacrilegium committi-  
tur, ut docent Suarez de relig. tom. 1. tract. 2.  
lib. 3. cap. 3. Azor p. 1. lib. 9. cap. 23. Secundæ  
difficultati ut satisfaciamus sciendum est, tam  
inter Rhetores, quam Jureconsultos controver-  
sum esse, utrum qui privatam pecuniam in æde  
sacra depositam abstulit, fur, an sacrilegus sit?  
In qua quæstione Severus, & Antoninus re-  
scripsierunt in l. 5. ff. ad leg. Jul. pecul. cum furti  
actione, non sacrilegii teneri; opus tamen fuit  
hac constitutione; nam Saturnini docuit in l.  
aut facta 16. §. locus, ff. pœnis, locus facit, ut  
idem vel furtum, vel sacrilegium sit, & capite  
luendum, vel minori supplicio. Et Cicero li-  
bro 2. de legibus, ait: Sacrum, sacrove commenda-  
tum, qui cleperit, rasferit, parvicide esto. Et  
sane quis potest id facere, ut sacrilegium non fa-  
ciat; qui rem depositam in æde sacra auferit, cum  
sit in fide, & tutela numinis, cui ædes eft consecra-  
ta. Plautus in Aulul. act. 3. scen. 5.

*Nunc hoc mihi factu est optimum, ut te an-  
feram*

*Aulam in Fidei sanum: ibi abstrudam probè.*

*Fides novisti me, & ego te: cavaeisti*

*Nein me mutatis nomen, si hoc concredero,*

*Ibo ad te fratru tuu, Fides, fiducia.*

*Et mox.*

*Vide, Fides, etiam arg, etiam nunc salvam in  
aulam abs te auferam,*

*Tua fidei credidi: aurum in tuo loco, & fano  
est situm.*

Jam si nimis delinquentis spectemus, non pot-  
est aliter judicari, nisi sacrilegium hoc esse, cum  
haec mente templum ingrediatur, ut seu sacræ,

seu prophana fuerint res, eas harpaget. Esti-  
mantur delicta animo, & causâ delinquendi,  
dict. l. 16. §. causa, ff. de pœnis, l. verum est 39.  
ff. de furis. Poltremò si Sopatro in declam. au-  
scultamus, gravius est auferre res privatorum è  
loco sacro, quam res sacras. Etenim qui rem sa-  
cram è loco sacro auferit, erga Deum injuria est  
qui vero res privatorum è loco sacro auferit, &  
Deum violat, & homines: hos, quia res eorum  
auferit: illum quia fidem ejus apud deponentes  
suspectam reddit. Hit tamen argumentis non  
obstantibus sequimur constitutionem Severi, &  
Antonini, quā Cassio Festo rescripsierunt, furti  
actionem, non sacrilegii esse, si res privatorum  
ex æde sacra surreptæ sint, d. l. 5. Sequimur  
autem non idcirco, quod argumenta superiora  
inepta, aut infirma sint, sed quod disputandi  
ratione potentius rescriptum sit. Disputando  
enim Saturnini sententia obtineri facile posset:  
sed frusta disputes reclamantibus Cæsaribus, qui  
furti duntaxat actionem dederunt, non accusa-  
tionem sacrilegii. Sunt quibus hæc responsio  
dispicet, existimantes etiam disputandi ratione,  
atque argumentorum pondere Saturnino supe-  
riores Cæsares esse, aut certe Saturnini respon-  
sum refringendum ad eum, qui vi effracto fa-  
no res privatorum abstulit. Nam, inquit, si  
locus faceret sacrilegium, faceret etiab blasphemiam,  
si cui in loco sacro convitum dictum  
fuerit: at hoc nemo dixerit: quare nec illud  
asserendum est. Præterea ajunt, quod si locus  
faceret sacrilegium, sequeretur eum, quithē-  
saurum tollit de loco religioso sacrilegium face-  
re, contra textum in l. 4. §. non sit, ff. ad leg. Jul.  
pecul. igitur nec ille, qui è loco sacro tem privatam  
auferit. Sed horum sententia audienda non est,  
ne rectè illi arguant: Locus facit sacrilegium:  
ergo etiam blasphemiam; non enim quemadmo-  
dum res commendantur fidei Numinis, ita homi-  
nes in templo reperti, tanquam depositi, sacri  
habentur: nec etiam rectè inferunt: Qui the-  
saurum de loco religioso tollit, non facit sacri-  
legium: ergo etiab auferat tem privatam, sacri-  
legium non commitit; nam thesaurus nullius  
est, & jure naturali occupanti conceditur: resau-  
tem aliena non potest sine crimine de loco sacro  
auferri. Docuerunt Anton. Matthæus de crimi-  
nibus ad leg. Jul. pecul. cap. 3. Cujac. lib. 3. obfo.  
cap. 19.

Opponi etiam potest præsenti canonii textus in  
cap. per vestras, de donat, inter, junctis per me addu-  
ctis in ejus notis.

Kkkk 4

TITULUS